



## Universitätsbibliothek Paderborn

**F. Cornelii Cvrtii Cæsarei Consiliarij et Historiographi  
Ordinis Eremitarum S. Avgvstini S. Nicolavs Tolentinvs  
alijque aliquot eiusdem Ordinis Beati**

**Curtius, Cornelius**

**Antuerpiæ**

2. Ad ejus preces fons miraculosè salit, ægris salutaris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37243**

& cùm omnia non possis , saltem  
memorare aliqua ad posterorum  
memoriam. Primum omnium, sati-

2.  
Ad ejus  
preces  
fons mi-  
raculosè  
salit,  
ægris sa-  
lutaris.

constat precibus NICOLAI fonte-  
Tolentini insperatò erupisse, qu  
hodieque largiter scaturit bibenti-  
bus passim ægris salutaris . Nam  
cùm aquarum inopiâ laboraret mo-  
nasterium , & jam accersiti aquile  
ges ingeniosa artis suæ instrumenta  
omnia nequidquam adhibuissent;  
NICOLAVS noster defixâ in tellu-  
rem arundine , ante aram in genu  
accidit, erectisque ad celum oculis  
exobsecrat eum , qui de petrâ olim  
sipientibus Hebræis undarum vin  
copiosam jussit fluere, anxiis Frati-  
bus nunc ostendi aquarū aliquan  
scatebram ; precibus deinde tan  
uberes lacrimas affundit, ut credan  
fontem inde enatum illum , qui si-  
mul visus salire ex summâ ejus  
arundine, omnes non tam exhilara-  
vit improviso gaudio, quam invisi  
miraculo stupefecit. Et solidum  
gaudium gaudere potuissent, nil  
loco parùm commodo vena ha-  
erupisset. Sed ecce, novo miraculo  
dehi-

dehiscit terra, hiatuque tam lato se-  
aperit, ut templi parietes quassari  
clarè, & ruinam præsentem minari  
non obscurè viderentur. Illicò in-  
genua abjectus iterum NICOLAVS;  
o benigne Deus , inquit , qui ex  
arente humo hac dignatus es lim-  
pidum nobis fontem educere, nunc  
quoque eo frui sine ædis tuæ detri-  
mento clementer indulge. Vix tria  
hæc verba finierat ( fidem penè su-  
perat, quod in omnium tamen ocu-  
lis gestum est ) pependere in aëre  
sacræ ædis muri tamdiu immobi-  
les, dum alioversum fonte deriva-  
to, ultimam operi suo manum fabri  
imposuerunt.

Haud facile creditu est , quām  
latè sanctitatis ejus fama cum pro-  
digiosis hisce aquis in vulgus ema-  
nabit : ut cives passim ægri ad mo-  
nasterium concurrerent, medicam-  
que ejus manum implorarent. Ve-  
nit Verdiana , cui infestus morbus  
os oculosque perverterat & à natu-  
rali situ in aures fœdè distracterat,  
rogavitque levi tantum NICOLAI  
manu tangi. Vir pius spectaculi

B 7 hor- 4.

NICO-  
LAVS  
oratione  
templi  
murum in  
aëre sus-  
pendit.

Vultum  
mulieris  
perver-  
sum cor-  
rigit.